Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36522
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



continuatione expulsionis pioris hospi
tis et introductionis sedi. Dic sacerdos
credis in deum patrem omptem. confitetur
interrogatus se credere. Ecce aditus di
uinorum operum. Propta factus est ds homo. ut
nos aliquo possit et ope sue uoluntatis
monstrare. Post hoc dic. Credis in spm
scm. Respondit se credere. Expulsa
pompa adoptantur dona uera spc sci
que enumerat ysaias. Cōpbatur ex
euglo posse saluari caticuminos p
confessione ceterorum fidelium.

Scriptum est in Euuan
glio marci uenisse syro fenissa mu
lierem ad xpm rogantem p filia que
habebat spm inmundum cui dixit
dns. Sine prius saturari filios. non est bonum
sumere panem filiorum et mittere canibus.
At illa dixit ei. Utique dne. nam et catelli
edunt sub mensa de micis puerorum.
Et ait illi. Vade exiit demonium de filia
tua. Hec mulier syrofenissa typum gessit
scte ecclie que cottidie rogat dnm p
filia sua. que nondum est xpiana et
offert fide sua pipsa. quo ppt infan
tiam illa adhuc non potest loqui. Quam tamen
credimus saluari iuxta istud euuanglium
p sermonem matris. Ut ista audiuit
ppt hunc sermonem idem quem mater
protulit humilitatis et fidei exiuit de
monium a filia. Ita credimus p confessi
onem porrigentium infantes ad fontes
expelli demones a catecuminis. Qd
fide matris saluata sit filia aperte
matheus narrat dicente dno. O mu
lier magna est fides tua. fiat tibi sicut
uis. Et sanata est filia illius ex illa hora.

Unde habemus scriptum in libro be
de quem fecit sup marcum. Ppt humile
inquit matris fideleque sermonem filiam
deseruit demonium. Ubi datur exemplum
catheliihando et baptilando infantes.
quia uidelicet p fide et confessionem
parentum in baptismo liberantur a diabo
lo paruuli qui nec dum p se sapere. Et ali
qd cogitare possunt. aut boni aut
mali. Ex hoc datur intelligi ut adultus
qui potest loqui ore pprio cfessionem
suam pferat quam ppta ceteri offerunt pro
paruulis quia ipsi non possunt loqui. De
quare dic augustinus in epla ad bonifa
cium epm de paruulis requirentem. Que
ris a me utrum parentes baptilatis
paruulis suis noceant. cum eos demo
niorum sacrificiis sanare conantur. et si no
cent quomodo eis prosit cum baptilantur
parentum fides. quorum eis non potest ob
esse pfidia. Ubi respondeo tantam illius
sacramenti hoc est baptismi salutaris
esse uirtutem in scam conpage corporis
xpi. ut semel generatus p aliorum carnale
uoluptatem deinceps non posse uinculo
aliene iniquitatis obstringi. cui
nulla sua uoluntate consentit. Sicut
secdm scm augustinum alterius uolun
tate regeneratur paruulus in baptis
mo. nulli incredibile esse debet nisi
saluetur fide alterius. Non enim potest ut
omnibus liquet sapientiam habere fi
dei infans qui nondum sapit neque in
telligit. et qui non iuxta qd in promp
tu uideo multum separatur moribus a pe
coribus. Animam habet paruulus que
uiuificat corpus quam etiam habent